

DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS Fol. 126

Laudis habet latium: græcia quicquid habet. Sepult⁹ est Heydelbergæ apud frēs
minores: non sine iactura latinarum litterarum.

Hilmanus ordinis canonicorum regularium sancti Augustini: præposit⁹
coenobij diuini martyris Christophori in Rauengirßburg in fine Mogun-
tinae dioceſis: iuxta Hirçiniã syluam quæ a Rbeni flumine caudã dirigit uer-
sus Mediãtricũ & Treueros: in loco qui ab antiquo recessus Hunoꝝ appellat:
natione teutonicus: in diuinis scripturis studiosus: uita & conuersatione deuotus:
Scriptis simplici & aperto sermone pro fratrum ædificatione quædam plena de
uotionis & charitatis opuscula: quibus ingenũ exercitauit: E quibus extant ista:

De uinea spiritali: li. j. Mirarer charissime peti.
De institutione nouitiorum: li. j. Ingressus charissime militiã.

Et quædam parua exercitia.

Moritur senex & plenus dierum sub Fredericò imperatore tertio: & Innocentio
papa octauo: Anno dñi Mill. CCCC. LXXXV. Indictione tertia.

Enricus Arnoldi natione saxo: professione monachus carthusiensis dom⁹
Basiliens. uir religione deuotus: ingenio clar⁹: affectu sincerus: morib⁹ gra-
uis: eloquio dulcis: cõuersatione affabilis: pius: mansuetus: exemplo fulgi-
dus: in sacris lris plurimũ exercitatus: & pontificij iuris non ignarus. Qui cum offi-
cio notariatus in sacro Basiliensi concilio multis annis fungere: fidelis: iust⁹: ac pru-
dens: cunctorum testimonio pbatus est. Hic tandem omnia cernens esse uanitatē:
uniuersa p christi amore cõtempſit: clausurã carthusiensiu eligens & ingrediens:
ubi in priore eiusdẽ dom⁹ præfectus: multis añis subditos sibi monachos: cõuer-
sos cæterosq; paterno amore psequens: in pace & tranquillitate laudabiliter rexit:
Scriptis opuscula multa ualde deuota atq; salubria. E quibus ea quæ ad noticiã no-
stram peruenerunt subiecta sunt:

Multæ de diuersis sanctis orões deuotæ: li. j. Orationes sequentes.

Sermones plures: li. j.

Historiæ de diuersis sanctis: li. j.

Cõcordata euangelistar⁹: de passione dñi: li. j.

Meditationes de uita christi: li. j.

De cõceptione immaculatæ uir. Mariæ: trac. j.

De nouitiorum instructione: trac. j.

Dialogus in⁹ Iesum & Mariã: trac. j.

Dialog⁹ de exercitijs. s. in⁹ sanctã Margaretã & eius seruulũ: trac. j.

Ali⁹ dialog⁹ in⁹ eisdẽ de cruce: trac. j.

De cõmendatione charitatis: trac. j. Charitatis excellentia.

De sancta humilitate sub forma orationis: trac. j. Humilitatis perfectæ.

Iterum de humilitate: trac. j. Fratres charissimi humili.

Chronica dom⁹ carthusien. in Bas. trac. j.

Fœliciter migravit ex hac uita sub Frederico tertio Romanorum imperatore: An-
no domini Mill. CCCC. LXXXVII.

Vdocus de Calwe: natione teutonicus: patria suæ: uir in diuinis scriptu-
ris longo studio exercitatus: & scholasticæ phisæ non ignar⁹: ingenio prom-
ptus & uehemens: in gymnasio Heydelbergenſi legendo: docedo & præ-
dicando multis annis in precio fuit: ubi etiam iuxta morem in ecclesia sancti spūs
prædicatoris aliquãdiu gessit officiu: Scripsit quosdã ut ferunt tractatus nō abijci-
endos: sed ad noticiã nostræ lectõnis non uenerunt Extant eius de diuersis:

Sermones uarij: li. j.

Vocabularius prædicantium: li. j.

Et uarij tractatus.